



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Vita praedicatoris, potius quàm signa sunt, contuenda. Caput XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

omnes (in ecclesia enim malignantium lüderandorum nul-
 lus ordo, sed omnia commixta sunt & confusa) Deus in-
 quä in ecclesia iustorü quosdä posuit. Primò quidä aposto-
 los, secundò prophetas, tertio doctores. Deinde virtutes,
 exinde gratias curationü, opitulationes, gubernationes,
 grati & linguarü, interpretationes sermonü. Ergo minores
 & inferioris gradus (vt sunt monachi) suum titulü, népe,
 opitulationü in apostolo habent. Quod vel ex inscitia vel
 malicia nó pudet ipsos magistros mendaces negare. Sed vl-
 tra non proficient aduersarij veritatis. Inipientia enim il-
 lorum & affectata malicia est omnibus iä manifesta & no-
 tior propediem fiet: Hic multa de industria transeo.

2. Tim. 3.

Vita prædicatoris, potius quam signa sunt, contuenda.

Caput X X.

Dico insuq, quod in prædicatore veritatis, magis vita
 & cõuersatio docētis attédēda sunt, & fructus doctri-
 næ quä signa & prodigia: Hinc Christus ait de seipso: Si mi-
 hi siue verbis meis nõ creditis, operibus credite quę facio
 in nomine patris mei. Illa em̄ testimoniü perhibēt de me.
 Quod non tam de miraculis eius, quā de operibus suis bo-
 nis, accipi debet. Hoc ipsum apostolus inculcat vbiq;: Nē-
 pe, quod sanctē, iustē & sine querela credentibus adfuit.
 Si verò Balaam obtrudis & Cai pham, quos prophetasse B-
 nullus ignorat, quorum nihilominus neuter sanctē vixit
 aut signa fecit. Respondeo: Quamuis neuter eorum spiritū
 sanctum habuit vt inhabitatorem, habuerūt nihilominus
 spiritū sanctum vt linguarum suarum motorem. Et quā-
 uis vitæ fuerūt & cõuersationis iniquę, nihilominus doctri-
 na eorū bona: sancta & pia erat, & cū lege dñi p oia cõcor-
 dabat eo modo quo illo tēpore ab electis Dei prædicabatur.
 Ideo doctrinā eorū recipimus, quę fuit à spiritu sancto, &
 illos dimittimus in suis sceleribus viuorum ac mortuorū
 iudican-

A

Ioan. 5. & 10. & 14.

1. Thes. 2.

Num. 24.

Ioan. II.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

- Matt. 23.** iudicandos. Facimus quæ dixerunt, secundum opera verò eorum non facimus. Illud bonum, hoc malum est. Illud ex Deo, hoc ex diabolo erat. Sicut & hodierna die (vt prius dixi) etiam audimus prædicatores malæ vitæ, interim quæ sani sunt in fide, & viam Dei docent in veritate, sine quouis erroris fermento & corruptione, audimus etiam dycolos, operâtes iniquitatem, & graues iniquitate, interim quod id ipsum sapiunt cum ecclesia Dei in alterutrum secundum Iesum Christum & vnanimes in fide, vno ore honorificant Deum nobiscum, & patrem domini nostri Iesu Christi.

Fructus doctrine, in prædicatore aspicere oportet.

Caput XXXII

- A** Postremò, in prædicatoribus, qui doctrinam suam signis veris, portentis & prodigijs nõ confirmant, nec ipsam missionem vllò prophetico aut aliò certo scripturæ sermone asseruunt (quod infallibile & verissimum est) fructus doctrinæ eorum attendere oportet. A fructibus namque arbor, & à bonitate auditorum prædicator verbi Dei, cognoscitur. De quibus fructibus libro primo multa sunt dicta, quæ legantur ibidem.
- B** Nam veniunt quidam in signis mendacibus, virtutibus & signis tam stupendis in omni seductione iniquitatis eis qui pereunt, eò quod veritatem charitatis non receperunt, vel receptam non custodierunt vt salui fieret: Ideo Deus mittit eis operationem erroris, vt credant & consentiant mendacijs, & iudicentur ad mortem æternam omnes, qui non crediderunt & consenserunt veritati, sed iniquitati. Et signa illa falsa, tam magna erunt, ita vt in errore inducantur (si possibile foret) etiam electi ante mundi constitutionem in Christo vt sancti essent, & immaculati in conspectu eius in charitate.